


361.






Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 361 8° (LN 783)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 361 8° (LN 783)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 361 8° (LN 783)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 361 8° (LN 783)

361

SA
DAIC
stia

N^o 361.



J. Tischer fecit



= LN 783

E
ad
ad

361.

ASSERTIONES
DE
SABATHO IV=

DAICO ET FESTIS CHRIS-

tianorum propositæ in dispu-
tationem,

à

Nicolao Hemmingio

in Octobri, Anno

1569.



HAFNIÆ

Excudebat Laurentius Be-

nedictus.

M. D. LXIX.

1.



Ominus de Sabatho hanc legem tulit: Memento vt diem Sabathi sanctifices.

2.

Vt huius legis ratio est, quod Deus solus sit & rerum conditor, & fons omnium bonorum datorq;: ita eius finis est, vt proprijs operibus emortui, veram sanctificationem operibus à Deo mandatis meditemur, & sinamus nos à Deo sanctificari.

3.

In huius legis explicatione hæc ordine sunt spectanda, quid Sabathum, quid sanctificare, quid Sabathum sanctificare, quatenus abrogatū sit Sabathum, Symbolica Sabathi significatio, opera Sabathi, & hypocritarum Phariseorumq; de Sabatho error cum defensione facti Domini sanantis egrotos Sabatis.

Saba-



Saba
nem sig
septimu
pere cre
bus. V
nedixit
uit eam
suo quoc
Sabath
dochen
thon dic
tho.
Pr
Iudeos,
bathon
& dicit
Sal
annus.
Sabat

4.

Sabathon propriè quietem seu cessationem significat, vnde transfertur ad diem septimum in quo Dominus cessauit ab opere creationis, quod consumauit sex diebus. Vnde Gen: 2. scriptum est: Et benedixit Deus diei septimæ & sanctificauit eam, quia in ea cessauit ab omni opere suo quod creauit Deus vt faceret, & hoc Sabathon dierum dicitur. Et per synecdochen integra hebdomas dierum Sabathon dicitur, vt in illo ieiuno bis in Sabatho.

5.

Præter hoc dierum Sabathon apud Iudeos, fuit Sabathon annorum, & Sabathon magnum & Sabathon primum, & δευτέρο πρῶτον.

6.

Sabathon annorum est septimus quisq; annus. Leuit. 25. Numerabis tibi septem Sabatha annorum, id est, septem annos,

A 2

septem

361.
septem vicibus, qui dies Septem Sabbatho-
rum annorū, efficient quadraginta nouem
annos. Vt autē septimo quoq; anno quieuit
terra, ita Quinquagesimo quieuit seruitus
& reddebatur libertas cum possessionibus.

7.

Sabbathum magnum, quod in scriptura
Sabbathon sabathi dicitur, fuit Sabbathum
incidens in solenne festum, magnum di-
ctum, quia præ reliquis festi diebus san-
ctum habebatur.

8.

Vt Sabbathon primum fuit primus
dies in festo plurium dierum, vt primus
dies festi azymorum, & tabernaculorum
ita δευτεροπρωτον, secundoprimum dictus
est à Luca vltimus dies claudens festum
plurium dierum, sic appellatum quòd pari
honore, pariq; prorsus religione cum pri-
mo celebraretur, vnde propter similem
religionem quasi primum erat secundo
repetitum. San-

San-
gregare
rum ser-
vsiu def-

Hi-
em quan-
communi-
rum & in-
modare
peribus,

Ho-
tum est
ta attin-
harum p-
tis Chri-
t & Sare-
rior, vt
beration-
saice.

9.

*Sanctificare in genere est aliquid se-
gregare à communi & prophano vsu, pu-
rum seruare, & diuino cultui & sacro
vsui destinare & applicare.*

10.

*Hinc sanctificare Sabbathon, est di-
em quam Sabbathon nominamus ab vsu
communi & prophano segregare, eum pu-
rum & incontaminatum seruando accom-
modare vsui sacro, hoc est, religioni seu o-
peribus, quibus Deus immediatè colitur.*

II.

*Hoc Iudaicum Sabbathum abroga-
tum est quoad circumstantiam diei cer-
tæ attinet, idque propter duas causas:
harum prior est, quòd fuerit typus quie-
tis Christi in sepulcro. Umbra proinde
et cassare debuit, exhibita veritate. Poste-
rior, vt hæc abrogatio sit testimonium li-
berationis credentium à iugo legis Mo-
saicæ.*

A 3

Etsi

361.
12.

Etsi autem hoc Sabbathum Iudaicum nos in specie non obligat, tamen quantum ad genus attinet ipsa pietas postulat, ut in singulis septimanis unum aliquem diem segregemus à prophano usu, ac illum diuino cultui destinemus. Quare piè factum est ab Apostolis, qui primam septimanæ diem, in memoriam resurrectionis Domini à mortuis, in locum vltimæ, subrogarunt, quam vocarunt ab euentu κυριακή.

13.

Quantum autem ad symbolicam significationem & typum attinet, sciendum est, quòd pro triplicis temporis ratione spectetur.

14.

Nam si præteritum tempus respicis Sabbathum fuit institutum in Memoriam quietis Dei post rerum creationem, vnde $\mu\eta\mu\lambda\omicron\sigma\upsilon\nu\omicron\rho$ rerum creatarum fuit, deinde adum-

adumbr
Canaan
to exhan
Psalmo,
Prætere
domini q
stra rede

Si p
thum fui
peccator
regno D
inde sign
nem san
dedi eis,
ut scire
co eos. P
perpetuo
transige

Ha

adumbrabat requiem populi Dei in terra Canaan, post multos in Ægipto & deserto exhaustos labores, quemadmodum ex Psalmo, Epistola ad Hebræos indicat. Præterea Sabatum fuit typus sabatismi domini quiescentis in sepulcro per actis nostræ redemptionis laboribus.

15.

Si præsens tempus respicimus, Sabatum fuit typus quietis conscientiarum à peccatorum procellis post liberationem à regno Diaboli per Christum ducem, Deinde signum fuit quòd Deus sit qui hominem sanctificet iuxta illud: Sabatha mea dedi eis, ut essent signum inter me & eos, ut scirent quòd sim Iehouah qui sanctifico eos. Præterea manet vitam sanctorum perpetuo ⁱⁿ meditatione quietis cælestis transigendam esse.

16.

Huc Augustini dictum pertinet: Est

A 4

autem

361.
autem sacramentum Sabathi antiquis no-
stris patribus præceptum, quod nos Chri-
stiani spiritualiter obseruamus, vt ab
omni seruili opere & ab omni peccato
(quia Dominus ait: Omnis qui facit pec-
catum seruus est peccati) abstinence nos
& habeamus quietem in corde nostro, id
est, tranquillitatē spiritualement, & quam-
uis hoc seculo id conemur, ad eam tamen
requiem perfectam, non perueniemus nisi
cum de hac vita exierimus.

17.

Si tempus futurum respicimus, Sabas-
thum fuit typus consummationis mundi.
Quemadmodum enim sex dies creationis
rerum adumbrabant sex annorum millia
iuxta dictum domus Elie: ita Sabathum
significat æternitatem quietis in cælo, &
sabathismum illum beatorum, perpetuò
duraturum, quem sancti expectant.

Obedi

Obe
deos, sita
seruilibus
rum obse
ditatione
Charitati

Cete
rent in co
bathi ver
lexerunt,
simplicite

Hin
bathi acc
sanaret a
quantum
bathi m
sanatio
Etum, s

18.

Obedientia vera Sabathi apud Iudeos, sita erat in vacatione ab operibus seruilibus, in ceremoniarum & sacrificiorum obseruatione, in tractatione & meditatione doctrinae caelestis in fidei & Charitatis exercitijs.

19.

Cæterum vt Hypocritæ semper hærent in cortice scripturae: ita etiam Sabathi vera opera & spiritualia non intellexerunt, tantum vacationem ab operibus simpliciter intellexerunt Sabathi quiete.

20.

Hinc est quòd Christum violati Sabathi accusari Pharisei, eo quòd ægrotos sanaret die Sabathi, non intelligentes quantum fecerit ista sanatio ad veri Sabathi meditationem. Primum enim illa sanatio non fuit seruire opus, lege interdictum, sed diuinum planè quo gloria Dei

A 5

illustra

Obedi

361.
illustrabatur inter homines multo præstantius omnibus ceremonijs & sacrificijs: quo Messia, in quem tota lex Mosi respiciebat, præsentia significabatur: quo doctrina Christi confirmabatur: quo fides in multis accendebatur: quo charitas erga proximos afflictos declarabatur: Deniq; quo vera Sabbathismi ratio indicabatur.

21.

Haëtenus de Sabatho Iudaico: nunc quædam adyiciemus, de festis nostris & ceremonijs.

22.

Nostra festa triplicia sunt, videlicet, Dominicus dies, festa saluatoris, memorie sanctorum.

23.

Dominicus dies exemplo Apostolorum à nobis, non superstitionis, sed ministerij, ordinis, disciplinae, & exercendæ pietatis causa obseruatur. Fe-

Festa
uantur, &
gillatim b
vt benefi
gloriam &

Mem
beni vtili
storia, vt
membra E
sis agant
perpendan
nitentia,
tia, patien
suspiciens

Hi
& salu
Ethnic
indign
Christ

24.

Festa saluatoris ideo in Ecclesia seruantur, vt ordine discatur historia, vt sigillatim beneficia mediatoris spectentur, vt beneficijs eiusdem rectè vtamur in gloriam Dei & nostram salutem.

25.

Memoriæ sanctorum hos fines habent vtilis : vt cognoscatur Ecclesiæ historia, vt cogitentur beneficia Dei erga membra Ecclesiæ, vt gratiæ Deo pro ipsis agantur, vt varij sanctorum casus perpendantur, vt sanctos imitemur in pœnitentia, vita, cultu, confessione, constantia, patientia & alijs virtutibus, vt pijs suspirijs expetamus sanctorum consortiū.

26.

Hi fines omnes seruiunt gloriæ Dei & saluti nostræ. Fines autem festorum Ethnicos & Papisticos excecreamur, vt indignos quorum vel mentio fiat inter Christianos.

Ethni-

ines multo pra
onys & sacrifi
m tota lex Moysi
nificabatur: quo
nabatur: quo
atur: quo cha
ctos declaraba
abathismi ratio

o Iudaico: nunc
estis nostris &

sunt, videlicet,
atoris, memo

lo Apostolo
is, sed mini
exercende
Fe

361.
27.

Ethnicorum festa non animabus pietate & virtute exhilarandis, sed corporibus explendis destinata erant, vnde Græcis ebrietas $\mu\epsilon\theta\eta$ dicitur, eo quòd per actis sacris ingurgitationi vacabant, quare putabant se suis Dijs, hoc est, Dæmonibus rem gratam facere, & dies mox à festo sequens $\epsilon\tau\omega\iota\delta\alpha$ aspera dicebatur, eo quòd ex crapula post festum laborabant. Vtinam multi qui Christiani censeri volunt, Ethnicos Græcos in potandi certamine idq; præcipue in festis non superarent.

28.

Papistarum festa potissimum de sanctis, destinantur turpissimæ Idololatriæ, videlicet, inuocationi sanctorum, quam Diabolus in mundum inuexit, potissimum propter tres causas, videlicet vt Christum vnicum mediatorem suo honore spoliaret, vt ignominia afficeret demortuos

tuos Sancti
qui sancto
cios eterna

Quantu
net, disti
natas &
Etas, illas p
propter au
sue comen
seruunt de
offendimur
remonys hi
clefiam De
verbum D
disimilitu

Augu
fenduntur
Mediolan
iunguntur
nis cere

tuos Sanctos, ut perderet Idololatrias
qui sanctos inuocant, haberetq; ipsos so-
cios æternarum pœnarum.

29.

Quantum autem ad ceremonias atti-
net, distinguamus inter diuinitus ordi-
natas & humana autoritate introdu-
ctas, illas perpetuo retinendas iudicamus
propter autoritatem instituentis & eas
sue cõmendantis Ecclesiæ, has quatenus
seruiunt decoro & ordini retinemus, nec
offendimur si aliæ nationes à nobis in ce-
remonijs hisce variant. Nam scimus Ec-
clesiam Dei esse omnem cætum qui iuxta
verbum Dei Deum colit, etsi magna est
dissimilitudo ceremoniarum.

30.

Augustinus & Ambrosius non of-
fenduntur ex eo quòd aliæ Romæ, aliæ
Mediolani essent ceremoniæ, nam inter se
iunguntur p̄ spiritum Christi non huma-
nis ceremonijs. Vt

31.

*Vt pios gubernatores Ecclesiarum
velim magno studio cauere, ne ceremonia
scandalo sint infirmis, ita priuatos nolim
quicquam mutare in ceremonijs, graui
autoritate à maioribus institutis & ap-
probatis.*

32.

*Neque est quòd exactissima ratio
singularum ceremoniarum inquiretur,
modò non manifestam superstitionem &
impietatem redoleant.*

33.

*Quidam offenduntur ceremonijs no-
stris quas clamitant Papisticas esse, di-
cunt nos habere sacerdotes, altaria, ve-
stes, candelas, imagines, exorcismos, sig-
nationes crucis plane Papistico more. His
ego respondeo, Ecclesiam veram à falsa
distinguendam esse doctrina & cultu non
ceremonijs, quæ per se adiaphoræ sunt.*

Neque

361.
Neque
tanti nom
illas (schism
tineatur do
purus Dei
tranquilla
minim
tia

Neque enim ceremonias adiaphoras
 tanti momenti esse iudicamus, vt propter
 illas schismata moueantur in Ecclesia. Re-
 tineatur doctrinae sinceritas, retineatur
 purus Dei cultus, alia seruiant partim
 tranquillitati, partim infirmitati ho-
 minum, & relinquamus pruden-
 tia gubernatorum, vt de
 his rebus dispi-
 ciant.

Ecclesiarum
 re ceremonias
 uatos nolim
 conij, graui
 tuis & ap

issima ratio
 inquiratur,
 tionem &

emonijs no-
 cas esse, di-
 altaria, ve-
 cismos, sig-
 o more. His
 am a falsa
 cultu non
 e sunt.
 Neque

34

Neque enim certioribus adhibetur
 tantummodo esse iudicium. Et propter
 illas scripturas monentur in Ecclesia. Re-
 sistentur de his in iudicium, resistentur
 contra doctrinam, alia sunt partem
 transmittunt, partem iudicium de-
 munitur, et resistentur prode-
 re gubernatorum, et de
 his resbus diffi-
 ciant.

361.